

Ill̄mus et Rev̄mus D. JOANNES NEPOMUCENUS NEUMAN, Episcopus Philadelphiensis.

Ill̄mus et Rev̄mus D. AMANDUS DE CHARBONNEL, Episcopus Torontinus.

Abbates, Superiores, et Officiales Ordinum Religiosorum, nempe:

Rev̄mus P. MARIA EUTROPIUS, Abbas S. Mariæ de Trappa.

Adm. Rev. P. PATRITIUS EUGENIUS MORIARTY, S. T. D. Assistens Generalis O. S. Aug. et Commissarius Generalis ejusdem Ordinis in Statibus Fœderatis Americæ.

Adm. Rev. P. ROBERTUS AUGUSTINUS WHITE, S. T. M. Visitator Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Adm. Rev. P. BONIFACIUS WIMMER, Superior Ordinis S. Benedicti in Statibus Fœderatis Americæ Septentrionalis.

Adm. Rev. P. WILHELMUS UNTERTHINER, Ordinis Fratrum Minorum Superior.

Adm. Rev. P. JOSEPHUS ASCHWANDER, S. J. Provinciæ Marylandæ Vice-provincialis.

Adm. Rev. P. WILHELMUS MURPHY, S. J. Vice-provinciæ Missouriensis Provincialis.

Adm. Rev. P. CLEMENS BOULANGER, S. J. Superior Missionis Canadensis et Neo-Eboracensis.

Adm. Rev. P. ANTONIUS JOURDANT, S. J. Superior Missionis Neo-Aurelianensis.

Adm. Rev. P. BERNARDUS JOSEPH HAFKENSCHEID, Cong. SS. Redemptoris Provincialis.

Adm. Rev. D. MARIANUS MALLER, Cong. Missionis, Sororum charitatis Director.

Adm. Rev. D. FRANCISCUS LHOMME, Soc. S. Sulpitii, Seminarii S. Mariæ Rector, Vicarius Generalis Baltimorensis.

Theologi vero hi fuere a singulis Archiepiscopis et Episcopis vel secum adducti, vel Baltimori designati:

A Rev̄mo et Ill̄mo Archiepiscopo Baltimorensi, Adm. Rev. D. HENRICUS B. COSKERY, V. G.; Rev. DD. CAROLUS I. WHITE, S. T. D. et AUGUSTINUS VEROT, S. S. S.

A Rev̄mo et Ill̄mo Oregonensi, Rev. DD. JOANNES HICKEY et ALEXIUS J. ELDER.

A Rev̄mo et Ill̄mo S. Ludovici, Rev. DD. ANTONIUS O'REGAN et GEORGIUS O. OERTLIEB.

A Rev̄mo et Ill̄mo Neo-Aurelianensi, Rev. DD. NICOLAUS PERCHÉ et JACOBUS DOLAN.

A Rev̄mo et Ill̄mo Neo-Eboracensi, Adm. Rev. D. JOANNES LOUGHLIN, V. G. et Rev. D. JACOBUS R. BAYLEY.

A Rev̄mo et Ill̄mo Cincinnatensi, Adm. Rev. D. JOSEPH FERNEDING, V. G. et Rev. D. JOSUE M. YOUNG.

A Rev̄mo et Ill̄mo Episcopo Mobiliensi, Rev. D. JACOBUS J. MULLON.

A Rev̄mo et Ill̄mo Dubuquensi, Adm. Rev. D. ANTONIUS PELAMOURGUES, V. G.

A Rev̄mo et Ill̄mo Nashvillensi, Rev. DD. LUDOVICUS OBERMEYER et JOANNES B. BYRNE.

A Rev̄mo et Ill̄mo Natchetensi, Rev. D. JACOBUS FITTON.

A Rev̄mo et Ill̄mo Vehelingensi, Rev. D. HUGO P. GALLAGHER.

- A Revmo et Illmo Zelano, Rev. D. PETRUS KINDEKENS, V. G.
- A Revmo et Illmo Galvestoniensi, Rev. D. EDUARDUS QUIGLEY.
- A Revmo et Illmo Pittsburgensi, Rev. DD. EDUARDUS F. GARLAND et ALEXANDER J. PEYTON.
- A Revmo et Illmo Albanensi, Adm. Rev. D. JOANNES J. CONROY, V. G.
- A Revmo et Illmo Petriculano, Rev. D. PATRIUS BEHAN.
- A Revmo et Illmo Carolopolitano, Rev. DD. JOANNES M. FORBES et SYLVESTER MALONE.
- A Revmo et Illmo Bostoniensi, Rev. D. DANIEL HEARNE.
- A Revmo et Illmo Clevelandensi, Adm. Rev. D. ALEXIUS J. CARON, V. G.
- A Revmo et Illmo Buffalensi, Rev. D. WILHELMUS O'REILLY.
- A Revmo et Illmo Ludovicopolitano, Rev. D. CAROLUS J. BOESWALD.
- A Revmo et Illmo Chicaginensi, Adm. Rev. D. GUALTERIUS J. QUARTER, V. G.
- A Revmo et Illmo Nesqualensi, Rev. D. ROBERTUS MULLEN.
- A Revmo et Illmo Montisregis, Rev. P. THOMAS MARTIN, O. P.
- A Revmo et Illmo Hartfordensi, Rev. P. JOANNES McELROY, S. J.
- A Revmo et Illmo Savannensi, Rev. D. JOANNES McCAFFREY, S. T. D.
- A Revmo et Illmo Richmondensi, Rev. D. LARAIN DE GANDILLAS.
- A Revmo et Illmo Messeniensi, Rev. D. FRANCISCUS BURLANDO, C. M.

A Revmo et Illmo Agathonensi, Rev. D. JOANNES A JESU TRUXILLO.

A Revmo et Illmo Philadelphiensi, Adm. Rev. D. EDUARDUS J. SOURIN, V. G.

Adfuerunt etiam Rev. D. EDUARDUS L. DAMPHOUX, designatus Notarius, et Adm. Rev. D. PATRITIUS LYNCH, Rev. D. THOMAS FOLEY, designati Secretarii.

Cantatis igitur psalmis, litanii, orationibusque solitis, prout in Pontificali Romano inveniuntur, Illmus et Revmus D. Archiepiscopus Baltimorensis, S. Sedis Delegatus, sedens cum mitra in piano altaris, ita Patres allocutus est:

*Reverendissimi Patres, venerabiles Fratres, placetne vobis, ad Dei gloriam et honorem, et ad Catholicæ Ecclesiæ amplificationem, Concilium Plenarium Baltimorense legitime convocatum, et hic congregatum, hodierno die aperiri et inchoari? Respondentibus autem singulis Patribus: Placet, aperiatur; ita versus ad populum, alta voce prosecutus est:*

*Christi nomine invocato, decernimus sanctum Concilium Plenarium Baltimorense esse apertum, et ita judicamus.*

Lecto dein a primo Secretario, ex mandato Illmi et Revmi Archiepiscopi, Officialium designatorum catalogo, juxta schema heri in Consessu privato approbatum, iterum a Patribus quæsivit: *Placetne vobis, venerabiles Fratres, hosce in Officiales Concilii eligendos?* Singuli vero responderunt: *Placet.*

Tum Secretarius, ex mandato Illmi et Revmi Archiepiscopi, decretum de Officialibus clara voce legit:

*Revñus et Illñus D. Archiepiscopus Baltimoren-sis, Sedis Apostolicæ Delegatus, una cum Archiepiscopis et Episcopis in hoc sancto Concilio Plenario congregatis, hosce Reverendos viros in Officiales hujus Concilii eligendos esse, et legitime jam electos decernunt, nempe: Promotores, Revñum et Illñum D. JOANNEM JOSEPH CHANCHE, Ep. Natchetensem, et Adm. Rev. D. FRANCISCUM L'HOMME; Notarium, Rev. D. EDUARDUM LUDOVICUM DAMPHOUX, S. T. D.; Secretarios, Adm. Rev. D. PATRITIUM N. LYNCH, S. T. D. et Rev. D. THOMAM FOLEY; Magistrum Cæmoniarum, Rev. D. FRANCISCUM BURLANDO, C. M.; Cantores, Adm. Rev. D. L. DE GOESBRIAND et D. JOANNEM DOUGHERTY.*

*Revñus et Illñus Promotor deinde postulavit ut decreta Tridentina de Professione fidei, et de Residentia, legerentur. Conversus autem Revñus et Illñus D. Archiepiscopus Baltimorensis ad Patres, eos interrogavit: Venerabiles Fratres, placetne vobis ut legantur decreta Concilii Tridentini de Professione fidei, et de Residentia? Respondentibus omnibus unanimiter: Placet, legantur; prædicta decreta alta voce perlegit Secretarius secundus. (De prof. fidei, Sess. XXV, cap. 2 bis de Ref. Cogit.— De resid. Sess. VI, cap. 1 de Ref. Eadem S. Synodus; et Sess. XXIII, cap. 1 de Ref. Cum præcepto.)*

Absoluta decretorum lectione, fidei professio, juxta formam in Pontificali Romano positam, emissâ est.

## FORMA JURAMENTI.

“**E**GO N. firma fide credo et profiteor omnia, et singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur; videlicet, Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem factorem cœli et terræ, visibilium omnium, et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantiale Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum; sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos; cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, et vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas, et Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiae observationes, et constitutiones firmissime admitto et amplector.”

“Item sacram Scripturam juxta eum sensum quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum

Scripturarum, admitto; nec eam unquam nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor."

"Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacra menta novae legis, a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, et Matrimonium; illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio et admitto: omnia et singula quæ de peccato originali, et de justificatione, in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio."

"Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, et propitiatorium sacrificium, pro vivis, et defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter, et substantialiter corpus, et sanguinem, una cum anima, et divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia Transsubstantiationem appellat."

"Fateor etiam sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre; atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi, ac Deiparæ

semper virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse; illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, et Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, et magistrum agnosco; Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum principis successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro. Cetera item omnia a sacris Canonibus, et Ecumenicis Conciliis, ac præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, et declarata, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque haereses quascumque ab Ecclesia damnatas, et rejectas, et anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, et anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eamdem integrum, et inviolatam, usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime (Deo adjuvante) retinere, et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, et prædicari, quantum in me erit, curaturum, Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia."

Tandem Congregatione proxima in diem sequentem indicta, et Benedictione ab Illmo et Revmo Archiepiscopo Baltimorensi, clero populoque imperita, omnes eo quo advenerant ordine, sese processionaliter ad ædes Archiepiscopales receperunt.

## CONGREGATIO PRIMA PRIVATA,

DIE LUNÆ, 10 MAII, HABITA.

HORA 11 A. M. convenient Patres rochettis et mozettis induiti in choro ecclesiae Metropolitanæ, ad congregationem habendam. Adfuere omnes qui héri, præter Galvestoniensem et Ludovicopolitanum qui ægrotabant. Præter Patres, adfuere tantum Conciliï Officiales.

Imprimis quæstio agitata est, num Ordinum Religiosorum Congregationumque Superiores, Prooresque, qui huc ad Concilium advenerent, ad istas congregations privatas sint admittendi, necne? Mandatum est Archiepiscopo S. Ludovici, et Episcopis Mobiliensi et Nashvillensi, ut hac in re quid agendum scriptis exponant.

Illmus et Revñus Archiepiscopus Baltimorensis, Sedis Apostolicæ Delegatus, Patribus notum fecit litteras se accepisse, in quibus eorum consilia de sequentibus postulare dignata sit ipsa S. Sedes:

I. Cuinam Sedi Metropoliticae adjungenda sit, tanquam suffraganea, Sedes Montisregis, olim Archiepiscopi Mexici suffraganea, quamque nuper ab istius provincia segregavit Summus Pontifex?

II. Quid in re Districtus de Covington, Cincinnatensem inter et Ludovicopolitanum agitata, facendum consulant?

III. Quid super facultatibus extraordinariis, Episcopis in his Provinciis concedi solitis, et quanam ratione grassanti matrimoniorum mixtorum malo occurrendum?

IV. Quid denique facendum in controversia Archiepiscopum Oregonensem inter et Oblatos?

Prima quæstio ad omnes Archiepiscopos, ut ei responderent, demandata est. De secunda, cum deesset Ludovicopolitanus, non est hodie actum. Tertia demum ad Congregationem de jure canonico, et quarta ad eam de gravaminibus et querelis mandatae sunt.

Ex mente Buffalensis, onus Buffalensi, Montisregis et Nesqualensi datum est formas precum conscribendi pro conversione acatholicorum istarum Provinciarum.

Item, Congregationi de sacris ritibus munus datum est Cæremoniale, et Cæremoniарum Manuale a JOANNE MURPHY, anglico sermone luci danda, examini subjiciendi.

Mandatum est Congregationi de gravaminibus et querelis, ut exquirant num justas absentiae causas proferant ii, qui huic Concilio intervenire debent, nec tamen adsunt.

Tandem statutum est singulis Patribus licere, quibus responderi quæstionibus expedire censem, vel de iis decretum fieri, eas variis Congregationibus, pro diversa materiarum ratione, proponere.

Lectum est decretum: *Monitos volumus præsules.*

Delecti sunt Pittsburgensis et Albanensis, qui Actis a Secretariis latine recte conscribendis invigilarent.

Quum hora advenisset, qua de novis Sedibus erigendis, episcopisque nominandis agendum esset, recesserunt Secretarii.